


ad exsequias solemnes
quas

Generosus Nobilissimus & praestantiss. vir
DN. JOHAN-HENRICVS A
Wachtel & Pantenaw in Hertzogs-
vvaldauv & foccolnigk &c. viduus
nunc maestis.

CONIUGI DESIDERATISSIMAE
SOPHIAE GFVGIÆ

Matronæ Nobilitatis, Pietatis, Virtutis &
sanctitatis eminentiâ splendidissimæ
é procelloso vitæ huius oceano in caelestem
æternæ Beatitudinis portum

Anno Etatis suæ LII. evocata,
adparabat
XII. IXbr. Anno 1615.



B R E G Æ
Typis Sigfridianis.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and is mostly obscured by the texture and color of the aged paper.

M
D
R

MA



DEO IMMORTALI SACR.

SOPHIA

EGFUGIORUM GENEROSA ET
antiqua Profapiâ

*Nobilissimi Dn. Adami de Gfugk & Fö-
lerdorff in Neuendorff*

FILIA,

ANNO CHRISTI M. D. LXIV. DIE

xvi. Januarij nata,

In virtutum teatro laudabiliter educata,

&

MAGNIFICO QVONDAM NOBILISSIMOQ;
Silesiæ Equiti

DN. JOHANNI DE WENTZKY IN
RUPPERSDORF ET CRIPPITZ, CONSILIARIO

Legnesio-Bregensi meritissimo,

Anno M. D. LXXXI. die XVII. Januarij,

elocata:

et filiâ unicâ

CATHARINA

XVII. Februarij Anno M. D. LXXXII. in

conjugio dotata,

Sed

MARITO VIII. MARTII, ITEM Q. FILIA IV. IVNII

Anno eodem M. DC.

A 2

Summo

Summo cum luctu orbata,

rursumq̄

SECUNDIS NVPTIIS

Cum Generoso, strenuo Nobilissimoq̄ viro,

DN. JOHAN-HENRICO DE WACH-
TELET PANTHENAW INHERTZOGS.

vvaldau & foccolnigk &c.

ANNO M. DC. IV. die 2. Febr.

felicitér ornata,

at tandem

in Apoplexiæ morbum delapsa,

Vitâ per annos LI. menses IX. septimanam I.
dies V. pié, innocentér laudabiliterq̄; gestâ

&

amore in unicum IESVM fixo

die Octobr. Anno 1615

é mortali hoc domicilio in illud immor-
tale

Evocata

et XII^o. Novembri anno eod.

in Hertzogsvvaldau tumulata

quiescit;

ET LÆTISSIMAM ILLAM BEATORUM

Resurrectionem exspectat,

FOEMINA QVONDAM VIRTVTVM PYROPIS

Christianaq̄; pietate ac sanctitate Nobilis-

sima eminentissimaq̄;

CARMI.

CARMINA LVGVBRIA

I.

Lanificas possit tres exorare sorores
Si pietas, virtus, rara fidesq; tori:
Quo minus una trium disrumpat stamina, penso
Adjecit Lachesis que prius una trium:

Nen hodiè UXORI tanto mærore MARITE

JAN-HENRICE pia funera acerba dares.

Illæ sed eternum vivendo fata superstes

Vinceret, extremum non metuenda diem.

Verum omnes duræ rapit inclementia mortis:

Et FATI cunctis ista terenda via est.

Tuq; licet sophiam caelestem docta SOPHIA

Miscebas verbis plurima sacra tuis:

Et studiosa DEI, cari studiosa mariti:

Feminei specimen deliciæq; chori:

Nec tamen immunis lethi, tuæ stamina vitæ

Atropos heu! rapidâ rumpit acerba manu.

Plangitis hinc palmis tristes pia corda sorores

Queis prematurâ morte revulsa SOROR.

Ecce catervatim iustissima signa dolorum

Per lacrimas prodit subdita turba suas.

Lumina sicca quidem TIBI, sed mæstissime Coniux

Intus edit tacitus viscera cara dolor.

desi-

*Desine Te luctu, mœrore urgere SOPHIAM
Mors pia cui vitæ janua perpetua.
Ipsam calum animam, tellus fovet ossa, superstat
Fama bona ante homines, vita pia ante DEUM.
Nonne satis victrix Parcarum facta SOPHIAE
Est pietas, virtus, rara fidesq; tori?*

Jacobus Schickfufius Philosoph. & j. U.
Doctor, Legnesio-Bregensis Consiliarius,
et Consistorij Ducalis Assessor.

I I.

Est aliquid, SOPHIAE didicisse fideliter artes,
Inter & Aonios nomen habere choros:
Consilio proceres, ægrosq; levare medelâ,
Atq; Periclæo pondere posse loqui:
Singula laudantur, generosaq; pectora tangunt,
Tempore fructificant hæc quoq; cuncta suo.
Attamen hæc secli sunt huius commoda tantum,
Quo cum prætereunt, corpore cumq; cadunt:
A nece non solvunt mortales, æthera sed nec
Transcendunt: solùm terrea dum sapiunt.
Est aliud SOPHIAE studium, præstantius isto,
Tradidit in scriptis quod DEUS ipse sacris;
Ostendens

Ostendens CHRISTUM vitamq; viamq; salutis,
Hunc benè qui didicit non periisse potest.
Is DEUS est & homo, pro nobis victima factus,
Destruxit diræ vincula dura necis:
Et causam mortis, Peccatum, sustulit, omne,
Sanguine justitiam restituitq; suo.
Quam VERBO miseris SIGNISq; dolentibus offert,
Gratis, credenti donat eamq; sibi.
Hæc in quisq; fide moritur, non interit: immò
Vivit, & in media morte triumphat ovans.
NOBILIS hæc nostræ sapientia summa SOPHIÆ
Hocq; frequens studium, quod fuit, omne fuit.
Illa suum CHRISTUM, benè novit, cordeq; toto
Firmiter apprehendit, non dubitante fide:
Et vitam placide moriendo clausit in ipso:
Non ergò periit, sed requiem reperit.
Mox extrema dies, divulsos morte sodales,
(Corpus & hanc animam) junget in arce poli.
Illic Doctorem SOPHIÆ cælestis Iesum,
Audiet ac SOPHIÆ germine læta cluet.
CHRISTE DEUS, nobis da, TE novisse, Patremq;,
Da, benè posse mori, hac simus ut arte SOPHIÆ

*Johannes Neomenius
Ecclesiar. in Illustri Ducatu
Bregensi Superintendens.*

PARO.

III.

PARODIA

AD LUGENTEM PIE DEFUNCTÆ
SUPERSTITEM DN: MARITUM.

Super Odam. Q. HORATI.
AD VIRGILIUM.

Quis desiderio sit pudor, aut modus
Tam chari capitis, præcipe lugubres
Cantus Melpomene: cui liquidam pater
Vocem cum cithara dedit.

HANC ergo SOPHIAM perpetuus sopor
Urget, cui PUDOR, & justitiæ soror
Incorrupta FIDES, nudaq; VERITAS
Quando ULLAM invenient parem?

Multis ILLA quidem flebilis occidit,
Nulli flebilior quam TIBI WACHTELI
Sed frustra deamata, hunc, SOPHIAE facis
Lessum planctibus, ô TUAE
Nam si Trëicio blandiùs Orpheo,
Auditam, moderere arboribus, fidem
Non huc, ut redeat SPIRITUS, efficis
Quem nunc Ætheriâ DOMO

Latantè

Latanti gremio cœlitis Abrahæ

Latantem fovet & prosperitat DEUS.

DURUM, sed levius sit patientiâ

Hic quod corrigere est nefas.

Condolenti animo

F. O. D.

Johan Gebhardt
Illustris^e Bregensis
Aulæ Secretarius.

III I.

Ecquis tam imprudens qui Caulas præferat Aulis,
Qui paleas granis antetulisse velit?

Quis malit tenebris quàm perpete luce fruisci?

Quis ferrum gemmis præposuisse velit?

Et tamen hoc faciunt, qui mortis agóna timentes

Malunt fluxa soli quàm bona fixa Poli.

O humiles Animæ! Non sic Gens credula, non sic

Sentit: at è mundo mente lubente migrat:

Et properat Christum, Christiq; videre Sodales:

Et cupit Angelicis se sociare Choris.

Sic animata fuit Sophie quoq; Gfugiàs; Illud

Femineumq; Decus femineumq; jubar.

Illa ô Wachtelide Tua dilectissima Conjunx:

Illa inquam haut timuit mortis adire jugum:

B

Scivit

atanti



Scivit enim mortēs sanctōrum esse ostia vitæ:
Perq̄; necem ad Christum se properare suum.
Planè ô felices qui Christo adstare potessunt
Atq; æterna mele cælite voce canunt!
Wachtelide Generose Tuos hæc talia sensûs
Exstimulent ne frangare dolore gravi!

*M. Johan. Güntherus
in Bregéo Professor.*

V.

EXtinctam Musæ SOPHIAN deflere recusent
Matronam, cujus nomen in omen abit?
Quippe jubentur Pierides genijsq; feruntur,
Ad flendum SOPHIAE fata severa piæ.
Ast â proposito fatagens abducere, Mome,
Lugentes rogitas, cur sine fine fleant?
Ducite ab urbe Brega, mea Carmina, ducite testes,
Incola ubi quondam lumine cassa fuit.
Brega ades, & vis haud priscum celare favorem,
Quo devincta Bonæ es, quo manet illa Bonis.
Hanc gremio exceptam retinebas sponte faventem,
Huius & horrebas terga videre solo.
Præterea fructûs, quos edidit ore, venusta
Semina virtutum, tollere nemo potest.
Ergo lata egregio genere, & virtutibus aucta,
Egregia ex ipso nomine req; fuit,

Laus

Laus Urbana modò SOPHIAM an defendit honestam?

Ista remota latet; proxima Rure patet.

Mœstus nonne patet Generosus ab ore Maritus?

Mœstitiæ causam discere quisq; potest.

Subditus horribili en ululatu auram, omnia replet:

Effectu causam discere quisq; potest.

Sed quæ cara fuit generosâ mente Marito,

Civis quam laudat, quamq; abijisse dolet;

Illa tacens huius vitæ è discrimine rapta,

Hac voluit vitâ commodiore frui.

Debita naturæ solvit, solvitq; Marito

Debita, quæ jussit solvere, solvit amor.

M. Georgius Gerhardus

in Illustr. Patr. Bregéo Professor.

V I.

TAm pia, tam proba, tam morata, & amabilis Vxor

Rapta est è thalamo, Vir Generose, tuo;

Iure igitur lacrumis lacrimas, & planctibus addis

Planctus, jure etiam hoc fers patienter onus:

Namq; hic ordo DEI est, hæc est Divina voluntas,

Vt nunc nascatur, nunc moriatur homo;

Ille DEUS nostra designat tempora vite,

Illius arbitrium vellere velle, nefas:

Ille suos verè patrio dignatur amore,

Seu fors blanditur, seu fugitiva premit.

Hinc Tibi proveniant solatia, Fide Iehovæ,

Ille Tibi imposuit, Ille levabit onus.

M. Bartholomæus Schvvetkius,

Illustris Gymnasii Bregensis Collega.

Ad

Ad Mœstissimum viduum,

IANN-HENRICE tuos inter generosior Heros
 Quid prodest udis lacrumis dare tempora cuncta?
 Et frustra flendo tristem ingeminare dolorem?
 Omnes qui vitæ funguntur munere, creti
 Sangvine mortali coguntur tendere durum
 Mortis iter. Verùm tibi flebilis occidit illa:
 Cùm nemo fuerit virtutis amantior illâ:
 Cum nemo fuerit morum studiosior illâ:
 Cum nemo fuerit vel verbis blandior illâ:
 Cum nemo fuerit vel factis mitior illâ:
 Cum nemo fuerit vel sacris sanctior illâ.
 Non tamen uxorem percaram fletibus urge:
 Namq; ea concilio nunc substat læta Deorum:
 Angelicis ea cincta manet cum laude ministris:
 Supremas ea supremi cæli incolit arces.
 Ergo tuam â solitis revocato doloribus auram.

Inter febrilia tormina

scripsit

*Martinus-Jacobus Schickfus
 Francofortanus Marchicus.*



Elenchus contentorum.

Bismarckii vita et res gesta theologorum orthodoxorum recens.

MUSNERI Fides Jobi.

concilium oecumenicum octavianum.

ULB Halle

003 509 435



3

5le

V. 17.





10

ad exsequias solemnes
quas
Generosus Nobilissimus & præstantiss. vir
DN. JOHAN-HENRICVS A
Wachtel & Pantenaw in Hertzogs-
vvaldauv & soccolnigk &c. viduus
nunc mæstis.
CONIUGI DESIDERATISSIMÆ
SOPHIÆ GFVGIÆ
Matronæ Nobilitatis, Pietatis, Virtutis &
sanctitatis eminentiâ splendidissimæ
é procelloso vitæ huius oceano in cælestem
æternæ Beatitudinis portum
Anno Ætatis suæ LII. evocata,
adparabat
XII. IXbr. Anno 1615.

— (:) —
B R E G Æ
Typis Sigfridianis.

